

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

Occupatio sieri nec posse nec debere ut ars naturam in omnibus proprietarum differentiis imitetur: Et quaedam de principis metallorum erudita. Cap. X

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

*Occupatio fieri nec posse nec debere ut ars  
naturam in omnibus proprietatum dif-  
ferentias imitetur: Et quædam de prin-  
cipiis metallorum erudita.*

## C A P. X.

**D**icimus autem quod hæc principia,  
super quæ natura ipsa suam fundat  
intentionem, sunt compositionis fortissi-  
mæ, & sunt sulphur & argento vivum, ut  
dicunt quidam philosophi. Quia igitur  
sunt fortissimæ & durissimæ compo-  
sitionis, difficillimæ sunt resolutionis, quia in-  
spissatio eorum ad invicem & induratio-  
naliter, quod fiat in eis concussio & exten-  
sio per mallei compulsionem absque con-  
fractione, non est nisi per hoc, quod humi-  
dum viscosum, in ipsorum ad invicem  
commixtione salvatur per successivam &  
diuturnam inspissationem, & temperatissi-  
mam in minera decoctionem. Sed regulam  
tibi tradimus generalem, quod non sit in-  
spissatio alicujus humidi, nisi prius fiat ex  
eodem partium subtilissimarum exhalatio,  
& partium magis crassarum conservatio:  
Ita quod sit humidum in mixtione supe-  
rans siccum, & quia vera commixtio siccii  
& humidi est, ut humidum conteineretur  
à sicco & siccum ab humido, & fiat ex eis

sub-

substantia una suis partibus omnino homocomera & temperata , habens medium inter durum & molle , & extensiva in contusione. Hoc autem non sit nisi per diuturnam coimixtionem humidi viscosi , & subtilissimæ terræ ad invicem per minima, quoisque humidum idem cum sicco , & siccum idem cum humido fiat. Sed hujus substantiæ subtilis non sit resolutio subita, imo valde paulativa , & in multis millibus annorum. Et hoc ideo quod uniformis est illorum principiorum substantia , si ergo subito fieret talis resolutio, cum non differat humidum à sicco , propter fortem eorum mixtioneim , resloveretur utique humidum cum sicco , quare totum in fumum evanesceret , nec separari posset humidum à sicco in resolutione, propter fortem unionem quam habent ad invicem. Hujus utique videmus manifestam experientiam in spirituum sublimatione , quod cum in eis per sublimationem fiat subita resolutio , non separatur humidum à sicco nec siccum ab humido , ita ut dividantur in partes totalis commixtionis eorum , sed tota adscendit eorum substantia, aut parum de eorum componentibus dissolvitur. Resolutio ergo humidi subtilis sumosi successiva & æqualis , est causa inspissationis metallorum. Hanc autem inspissationem facere non possumus per hunc modum

dum naturæ : Ergo in hoc sequi naturam non valemus. Non enim possumus naturam in omnibus proprietatum differentiis imitari, ut supra in proœmio hujus libri explanavimus. Nostra igitur intentio non est in ipsis principiis omnino naturam sequi, nec in proportione commiscibilium elementorum, nec in modo mixtionis ad invicem ipsorum, nec in administratione hujus caloris naturæ metalla inspissantis sicut natura operatur. Cum hæc omnia sint nobis impossibilia & penitus ignota. Restat ergo rationes sophistarum interime re, hanc excellentissimam artem negantum.

*Confutatio rationum artem simpliciter negantium.*

C A P. XI.

**S**I dixerint ergo nos proportionem elementorum, & modum mixtionis eorum ad invicem, etiam æquationem caloris metalla inspissantis, causasque alias multas, & accidentia naturæ actionem sequentia, ignorare, Concedimus eis utique, sed propter hoc scientiam nostram divinam non interimunt, quod nec scire volumus hæc, nec possumus, nec ad opus nostrum possunt pervenire. Sed aliud ad hoc nobis principium assumimus, aliumque generatiōnis